D. CÆSARIS CARENÆ CREMONENSIS,

I.C. ET S. THEOL. DOCTORIS

Iudicis, Conſeruatoris, Conſultoris, & Aduocati Fiſcalis S. Officij, à Sanctiſſ. D. N. & Eminent. Vniuerſ. Inquiſitione ſpecialiter Deputati,

RESOLVTIONES PRACTICÆ-FORENSES CIVILES ET CANONICÆ;

AB INNVMERIS PROPE MENDIS EXPVRGATÆ, & longè elegantioribus Typis donatæ in hac Editione Lugdunenſi.

Cum Indicibus Argumentorum & Materiarum copioſiſſimis.

LVGDVNI,
Sumpt. PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, & CLAVDII RIGAVD.

M. DC. LXI.

CVM SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Principi

D. D. BERNARDINO FERNANDEZ de Velaſco & Touar, Comeſtabili Caſtellæ & Legionis, Duci de Frias, March. de Verlanga, Comiti de Haro & Caſtri noui, Domino Domuum de Valaſco & ſeptem Infantium de Lara, S.R.M. Cubiculario, Pincernæ, & venat. Præfecto Cap. Gen. Veteris Caſtellæ, & littoris Maris; ac Status Mediolani Gubernatori, Proregi, & Capit. Generali.

IAMDVDVM mihi parturienti lucubrationes haſce meas commodum accidit Te Gubernatore peperiſſe, Princeps Excellentiſſime; Quo enim ſidere felicius horoſcopante naſceretur, quàm tuo? Velaſcorum Familia in Chriſtianæ Reip. quaſi Cælo inter primæ magnitudinis Aſtra ſemper ſplendidiſſimè refulſit. Et ſanè ſi Claritudinem ab Antiquitate recenſeam, per annos ipſos octingentos legitima occurrit Magnorum Virorum ſeries perpetua, quod (abſit inuidia dicto, abſit adulatio dicenti) pauciſſimis reperio Familiis contigiſſe. Si efficacitatem ab influxu perpendam, abripiunt in admirationem geſta pro Regibus Catholicis, pro Patria contra hoſtes, atque infideles, quà manu, quà conſilio fortiter, prudentérque perpetrata. Si metiar ſitum ab altitudine Dignitatis, ſuſpicio magnum Caſtellæ Comeſtabilatum, gradum Regio conterminum, quóque à ſummo nullus eſt eminentior. Ac poteſt iam Hiſpania in tam excelſo faſtigio innocentiſſimum Septemuiratum gloriari; Et ne Regium quidem genus deſideraremus, fecit Sereniſſ. D. oanna Arragonia Sereniſſimi Ferdinandi huius nominis Quinti Catholici Hiſpaniarum Regis filia, quæ Excellentiſſ. Comeſtabili Don Bernardino Velaſquio Aſcendenti tuo nupſit; Certè, ſi lex eſt illa Naturæ, vt fortes creentur forti-

D. CÆSARIS CARENÆ CREMONENSIS

IVRIS V. ET SACRÆ Theol. Doct.

RESOLVTIONES PRACTICÆ ET FORENSES.

ARGVMENTVM.

De Iuſtitia, vel Iniuſtitia belli, & quando capta in bello efficiantur capientium, & quid de bonis Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

2 *Bellum iuſtum dicitur, quod mouetur à Principe ſuperiorem non recognoſcente, pro tuitione ſtatus, & ad vindicandam iniuriam, & reparanda damna, 2. & 3.*

4 *Bellum iuſtè mouetur etiam contra illos, per quos Hoſtis roboratur.*

5 *Licitum eſt Principi permittere, quod innocentes deprædentur, & occidantur, & quòd tota ciuitas detur Militibus in prædam, ſi id expedire videtur ad reparationem damnorum,* & num. 6.

7 *Si Galli inuadant agros Hiſpanorum, licitum eſt Hiſpanis inuadere agros Gallorum etiam innocentium.*

8 *Capta in bello iuſtè efficiuntur capientium: & ratio iſtius acquiſitionis præciſa eſt hoſtilitas; Vnde acquiſitio hæc habet locum, licet bona hoſtium caperentur in territorio alieno,* n. 9. & 10.

11 *Capta bona quando ſint præſentanda Duci Exercitus.*

12 *Acquiſitio bonorum hoſtium habet locum, niſi Principi aliter viſum fuerit.*

13 *Certa pars prædæ debetur Principi, & in Hiſpania hæc pars eſt Quinta.*

14 *In quacunque prædæ conceſſione, excipiuntur Eccleſiæ.*

15 *Edictum laicale non capit bona Eccleſiæ.*

16 *Eccleſiaſtici conſtituunt partem diſtinctam à Republica ciuili.*

17 *Ratio Status Politici poſtulat debilitare vires Principis Inimici.*

18 *Vera ratio ſtatus Politici eſt, quæ congruit cum lege Dei, & Eccleſiæ.*

19 *Ex hac ratione ſtatus non poſſunt tolli bona Eccleſiæ de dominio ipſius.*

20 *Pulcherrimus locus Abulenſis* 2. Paralipom. c. 12. quæſt. 16. *adducitur.*

21 *Bona Amicorum, quamdiù talia ſunt, non comprehenduntur ſub præda, & comprehenſa reſtituuntur.*

22 *Rex noſter Inuictiſſimus eſt Patronus Eccleſiarum, & Protector Prælatorum, dum perturbantur in ſuis Eccleſiis.*

23 *Rex noſter eſt Defenſor Sacri Concilij Tridentini.*

24 *Decreto Trident. Concilij,* ſeſſ. 22. cap. 11. *excommunicantur qui bona Eccleſiæ, & ſructus cuiuſcunque beneficij Eccleſiaſtici vſurpare præſumpſerint.*

25 *Deciſio huius cauſæ.*

RESOLVTIO PRIMA.

EMinentiſſime Domine, de Iuſtitia Belli non eſt dubitandum, † cum eſt indictum à Rege ſuperiorem non recognoſcente, Balthaſſar Ayala *de Iure, & off. Bellic. & Diſciplina militari, lib. 1. cap. 7. num. 5. & cap. 6. num. 10.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 1. num. 16,* 1